INDEX

PRAELECTIONUM

IN UNIVERSITATE LITERARUM

REGIA ALEXANDRINA

INDE A 15. SEPTEMBRIS MDCCCXXX USQUE AD 15. JULII MDCCCXXXI.

HABENDARUM.



VARSAVIAE.

DOCTRINAM RELIGIONIS CATHOLICAE tradet *Michaël* WIERZBOWSKI, Prof. P. Ord. semel per hebdomadem die Mercurii, hora 12—1.

ORDO THEOLOGORUM.

Adalbertus Anselmus SZWEYKOWSKI, Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Rector, tradet *Institutionum Pastoralium* partem alteram hora 10—11. diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis.

Paulus SZYMAŃSKI, Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, hora 8—9. praeleget diebus Lunae et Martis *Introductionem in Libros SS. Novi Foederis,* Mercurii et Jovis *Hermeneuticam Generalem, Epistolam* vero *D. Pauli ad Romanos* explicabit die Veneris et Saturni.

Aloysius Ludovicus CHIARINI, Theol. Dr. Prof. P. Ord. hora 8—9. docebit *Antiquitates biblicas* die Lunae, *Introductionem in Libros SS. Veteris Foederis* diebus Martis et Mercurii, *linguam Graecam* diebus Jovis et Veneris, die vero Saturni instituet *collationem linguae Hebraicae* cum *dialectis Chaldaica, Syriaca* et *Arabica.*

Jacobus SZARKIEWICZ, Theol. Dr. Pr. P. Ord. hora 9—10. disseret *de Patribus Scriptoribusque Ecclesiae* diebus Lunae, Martis et Mercurii, Jovis vero, Veneris et Saturni enarrabit *Historiam Ecclesiae Polonicae.*

Joannes ONOSZKO, Prof. P. Extraord. hora 3—4. diebus Lunae, Martis, Mercurii, Veneris et Saturni exponet *Theologiam Moralem.*

Adalbertus Comes OSSOLIŃSKI, Theol. Dr. Prof. P. Extraord. hora 11—12. singulis diebus, excepto Saturni, profitebitur *Theologiam Dogmaticam.*

Josephus GIERWATOWSKI, Theol. Dr. Adjunct. Prof. hora 11—12. die Lunae et Jovis *rudimenta Linguae Hebraicae* docebit.

ORDO JURECONSULTORUM ET PROFESSORUM DOCTRINARUM POLITICARUM.

I. JUS.

Joannes Vincentius BANDTKIE, J. U. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, literarum, scientiarum, et artium Universitatis et Academiae Vilnensis socius, honoris gratia cooptatus, tradet: *I. jus Polonicum, praemissa ejusdem juris historia,* diebus Lunae, Martis, Mercurii et Veneris hora 3—4. atque Jovis h. 4—5. *II. institutiones juris Romani Justinianei,* die Jovis h. 3—4.

Alexander ENGELKE, J. U. Dr. Prof. P. Ord. docebit *principia processus judiciarii,* tam *civilis,* quam *criminalis, legemque fundamentalem regni Poloniae,* ac *doctrinam notariatus,* senis per hebdomadem diebus h. 10—11.

Venceslaus Alexander MACIEJOWSKI, J. U. Dr. Prof. P. Ord. *jus pandectarum,* partim suos in vulgus editos libellos, partim cl. Warnkoenigii commentarios juris civilis (Leodii 1825—1829) sequuturus, tradet quotidie hora 8—9. antemeridiana.

Romualdus HUBE, J. U. Dr. Prof. P. Ord. profitebitur *jus criminale* atque *jus canonicum*, diebus ac horis indicandis.

Josephus HUBE, J. U. Mgr. enarrabit *historiam juris*, inprimis Romani, diebus Mercurii, Veneris et Saturni hora 11—12, diebus vero Lunae, Martis et Jovis hora 12—1.

Juris civilis, inpraesentiarum obligantis, profitendi munus cui antecessorum, ac quo ordine et modo obeundum, obvenerit, auditoribus edicere JCtorum ordo non negliget tempore congruo.

II. DOCTRINAE POLITICAE.

Fridericus Comes SKARBEK, Phil. Dr. Prof. P. Ord. tradet: *I. oeconomiam politicam*, modo hucusque observato, diebus Martis, Jovis, et Saturni, hora 9—10. antemeridiana, *II. rem* vero *aerariam*, diebus Lunae et Mercurii, h. 12—1. ac *III. politiam*, die Veneris hora eadem 12—1.

Stanislaus KUNATT, J. U. Mgr. exponet hora 8—9. matutina: *I. statisticam*, diebus Martis, Jovis et Saturni, *II. doctrinam administrandae reipublicae generalem*, diebus Mercurii et Veneris, *III. jus commerciorum*, die Lunae.

ORDO MEDICORUM.

Martinus ROLIŃSKI, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, *Anthropotomiam theoreticam* diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris et Saturni hora 11—12. semestri hiberno explicabit. In *Anthropotomia practica* manum studiosorum exercebit senis per septimanam diebus, horis matutinis 8—10, pomeridianis vero diebus Lunae, Mercurii et Veneris h. 2—4, diebus Martis, Jovis et Saturni h. 2—3. auxiliante Prosectore. Aestivo tempore *Anatomiam comparatam* exponet secundum opus *Cari*, diebus Lunae, Martis, Jovis et Saturni h. 11—12.

Josephus CELIŃSKI, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Chemiam politicam* diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris et Saturni hora matutina 7—8, eaque absoluta, *Pharmacologiam* et *Pharmaciam* secundum proprias theses docebit.

Joannes MILE, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Physiologiam* quotidie hora 4—5. semestri hiberno, *Diaeteticam* vero hora 8—9. tempore aestivo exponet.

Vincentius SZCZUCKI, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Pathologiam generalem* docebit diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora matutina 9—10. *Historiam literariam medicinae* diebus Mercurii et Saturni h. 11—12.

Joannes TOMOROWICZ, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Materiam medicam* senis per hebdomadem diebus hora 11—12. tempore hiberno, *Pharmacocatagraphologiam* vero et *Toxicologiam* aestivi semestris spatio hora eadem explicabit.

Andreas JANIKOWSKI, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. exponet *Chirurgiam theoreticam* senis per hebdomadem diebus hora 8—9.

Ignatius FIJAŁKOWSKI, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. exponet diebus Lunae, Mercurii et Veneris *Artem obstetriciam inferiorem*, diebus autem Martis, Jovis et Saturni *Artem obstetriciam sublimiorem* hora pomeridiana 3—4. Finito cursu artis obstetriciae sublimioris, exponet *morbos gravidarum, parturientium*, *puerperarum* et *neonatorum*, denique exercitabit auditores in *phantasmate*. Institutum *clinicum obstetricium* visitabit quotidie hora 7—8.

Mauritius WOYDE, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Medicinam forensem* secundum *Henkii* compendium: *Lehrbuch der gerichtlichen Medizin* 5te Aufla-

ge Berlin 1827. diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris et Saturni hora 12—1. tradet, eaque absoluta, iisdem diebus ac horis, *Politicen medicam* duce *Berentio: Systematisches Handbuch der öffentlichen Gesundheits und Krankenpflege* Wien 1818. docebit. De *Morbis epizooticis* die Mercurii hora 4—5. tractabit. Studiosis Juris exponet *Medicinam forensem* diebus Lunae et Veneris hora 9—10.

Emilianus Clemens NOWICKI, Med. et Chir. Dr. Art. obstetr. Mgr. Prof. P. Ord. exponet diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora 10—11. *Akiurgiam* et *Mechanurgiam;* iisdem horis tempore hiberno instituet *exercitationes akiurgicas; exercitationes clinicas* in Instituto Regio insuper quotidie hora 10—11. instituet.

Carolus KACZKOWSKI, Med. Dr. Prof. P. Ord. sexies in hebdomade hora 9—10. *Therapiam specialem* docebit; hora autem 8—9. unaquaque die hebdomadis *clinicum* Institutum *medicum* visitabit.

ORDO PHILOSOPHORUM.

Adamus Maximilianus KITAJEWSKI, Phil. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, docebit *chemiam puram universalem experimentalem* diebus Martis, Jovis et Saturni, hora 8—10.

Fridericus Jacobus HOFFMANN, Phil. nec non Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Institutiones mineralogicas* sistentes in historia critica diagnosis, systematologiae et nomenclaturae cum synonymis, tam *orictognosticae* et *cristallographicae*, quam *geologicae*, et *petraefactologicae* cum genesi relativa elementorum telluris, profitebitur ipse vel vicarii ope, diebus ac horis postea designandis.

Michaël SZUBERT, Phil. Dr. Prof. P. Ord. tradet: *I. Botanicam* quater per hebdomadem, nempe diebus Martis et Saturni hora pomeridiana 3—4. die

vero Jovis, hora 2—4. *II. Disciplinam saltuariam* diebus Martis et Saturni hora 2—3.

Felix Paulus JAROCKI, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Zoologiam universalem* et *specialem* senis per hebdomadem diebus hora pomeridiana 4—5. exponet, secundum opus a se editum.

Josephus Carolus SKRODZKI, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Physicam universalem* experimentis illustratam exponet diebus Lunae, Mercurii et Veneris, horis antemeridianis 8—10.

Franciscus ARMIŃSKI, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Astronomiam* diebus Lunae Mercurii et Veneris, horis pomeridianis 2—4. duce *Delambre* docebit.

Augustinus FRĄCZKIEWICZ, Phil. Dr. Prof. P. Ord. exponet: I. *Calculum differentialem et integralem*, diebus Lunae Mercurii et Veneris, horis antemeridianis 8—10. II. *Algebram sublimiorem* diebus Martis, Jovis et Saturni, hora 10—11.

Cajetanus GARBIŃSKI, Phil. Dr. Prof. P. Ord. tradet *Geometriam*, quam *descriptivam* vocant, *theoreticam* et *practicam* diebus Martis, Jovis et Saturni, h. 11—12½; die autem Mercurii eadem hora docebit *Geometriam analyticam linearum* et *superficierum secundi ordinis* atque *Geometriam sublimiorem* (applications de l'analyse à la Géométrie p. Monge).

Adrianus KRZYŻANOWSKI, Phil. Dr. Prof. P. Ord. exponet: I. *Mechanicam analyticam*, diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora 11—12, die vero Jovis, horis 10—12. II. *Mathesin elementarem* diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora 10—11.

Christianus Lach SZYRMA, Phil. Dr. Prof. P. Extrord. nonnullas *Philosophiae* partes, nempe *Logicam* et *Anthropologiam,* nec non *Jus naturale,* senis per hebdomadem diebus hora 10—11. ad sua dictata moderabitur.

Paedagogica et *Didactica* diebus Lunae et Veneris hora 12—1. tradentur docente postea designando.

ORDO DOCTRINARUM ET ARTIUM LIBERALIUM.

I. DOCTRINARUM.

Ludovicus OSIŃSKI, Phil. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus, die Saturni, hora 4—5, *Eloquentiae* et *Poëseos* principia exponet, jungens analysin et comparationem praestantiorum in utroque genere operum, epopoea et arte dramatica hoc anno excepta. *Exercitationes practicas* tironum die Mercurii hora 3—4. moderabitur.

Felix BENTKOWSKI, Phil. Dr. Prof. P. Ord. postquam *propaedeuticen historicam* (duce libello: *Wstęp do Historyi w Warsz.* 1821) exposuerit, tradet *Historiam universalem,* copiosius persecuturus, hoc anno, res gestas a saeculo V, ad XV. quotidie, excepto die Saturni, hora 4—5. *Exercitationes* vero *historicas* die Martis hora 3—4. instituet.

August Ern. ZINSERLING, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Literaturam latinam* docebit diebus Mercurii, Veneris et Saturni hora 11—12. Iisdem diebus, hora 2—3. *Valerium Flaccum* interpretabitur.

Fr. Ant. WOELKE, Phil. Dr. Prof. P. Ord. de *Epica Graecorum poësi,* habita potissimum Iliadis atque Odysseae ratione, disputabit diebus Lunae et Veneris hora 9—10. Eadem hora *Platonis Gorgiam* interpretabitur die Mercurii; diebus vero Martis et Saturni *exercitationes graecas* instituet.

Denique *Antiquitates Romanas* enarrabit diebus Lunae, Veneris et Saturni hora 3—4.

Casimirus BRODZIŃSKI, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Literaturam Polonicam* a saeculo XVI, ad nostra tempora, exponet diebus Martis et Jovis, hora 11—12. *Praecepta styli* junctis *exercitationibus* tradet die Lunae hora 11—12.

Casimirus WERBUSZ, Lector linguae Rossicae, docebit *hanc linguam ejusque historiam* quotidie, hora 8—9. tribus primis diebus cum incipientibus, sequentibus vero cum provectioribus *exercitationes practicas* instituens.

II. ARTIUM LIBERALIUM.

Julius COLBERG, Phil. Dr. Prof. P. Ord. explicabit *usum instrumentorum geometricorum*, nec non *Geodaesiam* et *nivellationem simplicem*, junctis *exercitationibus* in *delineatione topographica*, diebus Martis et Jovis hora 2—5. *Geodaesiam* vero et *nivellationem complicatam*, nec non *applicationem trigonometriae planae* et *sphaericae* ad *Geodaesiam* tradet die Saturni hora 9—12.

Venceslaus RITSCHEL, Prof. P. Ord. tradet *technicen Architecturae* et *constructionem aedificiorum* diebus Martis, Jovis et Saturni hora 8—9. *Mechanicen murorum* et *arcuum* nec non *inventionem architectonicam* exponet iisdem diebus hora 11—12. Denique *artem delineandi* monstrabit, junctis *exercitationibus* tironum, iisdem diebus horis 9—11.

Antonius BRODOWSKI et *Antonius* BLANK Proff. PP. Ord. mensibus aestivis, quotidie h. 9—12. *exercitationes* juvenum *artem pictoriam*, exemplis et antiquis et vivis propositis celebrantium, alternis hebdomadibus, modera-

buntur. Mensibus vero hibernis tradent *artem pictoriam* quotidie h. 9—11, atque 4—6. — Prof. Blank praeterea exponet *Osteologiam* et *Myologiam* diebus Martis et Veneris hora 12—1.

Andreas GOŁOŃSKI, Archit. et Geod. Mgr. Prof. P. Ord. tradet *theoriam* et *artem delineandi* secundum *praecepta perspectivae* et *optices* diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora 2—4.

J. F. KRETHLOW, Prof. P. Ord. docebit *artem* in *cupro sculpendi* quotidie hora 2—4. semestri hiberno; mensibus vero aestivis hora 4—6.

Josephus ELSNER, Prof. P. Ord. explicabit *theoriam compositionis musicae* die Jovis hora 2—3. *Compositionem* vero *musico-practicam* instituet in Conservatorio musico diebus Lunae, Mercurii et Veneris h. 4—6.

Paulus MALIŃSKI, Prof. P. Extraord. tradet *caelandi sculpendique artem* et *omnem rem statuariam* diebus Lunae, Mercurii et Veneris, hora 2—4.

Bibliotheca Universitatis publica aperietur diebus Lunae et Mercurii, hora 9—1.

Museum Anatomicum monstrabit visendi cupidis *Martinus* ROLIŃSLI, Prof. Anat. die Solis, hora 11—1.

Museum Zoologicum, inspiciente *Felice Paulo* JAROCKI, Prof. Zoolog. patebit diebus Martis et Jovis, horis 11—1.

Sequentia vero Instituta et Musea, cum, qui ea volent inspicere, voluntatem suam declaraverint, libentissime ipsis monstrabunt:

Museum Physicum et Mineralogicum *Josephus Carolus* SKRODZKI, Prof. Phys.;

Museum Chemicum *Adamus* KITAJEWSKI, Prof Chem.;

Hortum Botanicum *Michael* SZUBERT, Prof. Botan.;

Speculam Astronomicam *Franciscus* ARMIŃSKI, Prof. Astronom.;

Collectionem Instrumentorum chirurgicorum *Emilianus* NOWICKI, Prof. Chir.;

Collectionem rerum Materiae Medicae *Joannes* TOMOROWICZ, Prof. Mat. Med.;

Collectionem rerum pharmacologicarum *Josephus* CELIŃSKI, Prof. Pharm.;

Collectionem Numismaticam *Felix* BENTKOWSKI, Prof. Historr.;

Collectionem Instrumentorum geometricorum *Julius* COLBERG, Prof. Geod.;

Collectionem formarum, quae necessariae sunt ad cursum Geometriae, quam descriptivam vocant, *Cajetanus* GARBIŃSKI, Prof. Mathes.;

Collectionem machinarum et formarum architectonicarum *Venceslaus* RITSCHEL, Prof. Archit.;

Collectionem imaginum gypsearum, etc. *Antonius* BLANK, Prof. Art. ping.